Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35447
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

Maria nubes in sua natiuitate fuit

solem et terram significatur quod be
ata uirgo medium est inter deum qui est
sol iusticie et inter peccatorem. Item in
eo quod est aquosa. significatur ple
nitudo gratie. que est mea habundantis
sime. Item formatur yris in nu
be. per quod significatur incarnacio ie
su christi. qui ex ea corpus humanum
assumpsit. Hanc nubem expan
dit deus in protectionem hominum. in na
tiuitate eiusdem sancte uirginis. Asce
ditque ipsam nubem leuem et candi
dam filius dei in sua incarnacione.
Ipsa quoque nubes dedit pluuiam
in natiuitate filii pluuiam dico ne
cessariam omni semini. id est generi hu
mano quod aridum pusset. nam ipsa
uirgo maria. filium genuit scilicet. qui in
in eam descendit. sicut pluuia in
uellus et cetera. Est enim eleuata hec
nubes. de tabernaculo per gloriam assumpcio
nis sue. hec nubes precedit nos.
dirigendo nos in uiam salutis suo
exemplo. suo auxilio. ut quondam
nubes precessit filios israel. De
yride. id est arcu celi. et eius proprie
tatibus. Capitulum septimum.

Nrcus fit sole intrante in nube
sic sole iusticie dei filio intrante
in nubem. id est beatam uirginem. ipsa uirgo
facta est. quasi arcus effulgens signum
federis. et reconciliacionis inter nebulas
gloriam. id est inter deum et peccatores. Unde genesis.
Ponam arcum meum in nubibus celi
et erit signum federis inter me et terram.
Nota quod due nebule erant. ira
dei. et hominis. culpa. Deus et homo
pugnant adinuicem. deus gladio ire
hominem feriendo. et in mortem precipitando
homo gladio peccati contra deum mortaliter

peccando. postquam uero sol intrauit in
uirginem. facta est pax et reconciliacio
quia ipse dei et uirginis filius pro culpa
hominis patri satisfaciens. ipsius i
ram ne hominem interficeret refrena
uit. Hee nebule dicuntur eo quod per
gloriosam uirginem. dissipate sint.
De proprietate diei. capitulum viii.

Nota quod maria dicitur dies.
propter tria. Primo quia ut dies.
fugat tenebras. sic maria peccati. Unde
versus. Vere maria dies ad ipsam confu
gentium. Unde ecclesiasticus. medicina om
nium in festinacione nebule eos ob
uians. ab ardore uenientis. Item
maria dicitur dies. quia uiam uite
reuelat. sicut dies mulis callem. Unde
ecclesiasticus. reuelans uestigia occultorum. Di
citur etiam dies. quia sicut in die
operamur. sic per marie gratiam. a peccatorum
tumultibus reuocati. ad opera salutari
a deducimur. Unde glosa. super illo
uerbo. hec est dies. Dies hec uere
quam fecit dominus. id est maria. quam peccato
ribus dedit reconciliatricem. De
benedictione septime diei.

Nota quod primo circa benedictionem
diei septime. que est operis consu
macio. a peccatis uacuacio. eterne requie
id est prefiguracio. In beata autem uirgine
perfecte fuit. operum consumacio. quia
omnia creata. in uno homine. uni
untur cum creatore. et primum fit
ultimum et econuerso. Non enim est
perfeccio motus uel operis. nisi quando est
in circulo. Item ibi est uera a peccatis
cessacio. quia in eius uoluntate peccatum
nullum fuit. et preterea mereri non po
tuit. Hoc et etiam requies. non fuit
future requiei signum tantum. sed et